



## **Codex diplomaticus Brandenburgensis**

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für  
die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Supplementband und Schluß des ganzen Werkes bis auf die Register

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1865**

II. Gernand, Bischof von Brandenburg, entscheidet, die Kirche zu  
Hohen-Havel sei nicht Filia der Kirche zu Jhleburg, sondern eine freie  
Pfarkirche, am 7. October 1225.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55834)

Nos autem dextram fidemque dedimus in manus decani recipientes eam ex parte Capituli, sed et in manus fratrum nostrorum heinrici, Comitis de Swarzburg, et Guntheri, Comitis de Keuerenberg, Alberti de Arnsten, vicedomini nostri, presente Capitulo, promissimus data fide, quod supra scriptam ordinacionem nostram in plena, seruabimus firmitate, ita ut ipsam nullo tergiuersacionis ingenio cauilemus. Ipsi quoque huius nostre disposicionis executores suis nominibus prenominati suum nobis et decano dedere promissum super eo, quod cuncta, que premissa sunt, quantum in eis fuerit, fideliter exequantur. Testeshuius rei sunt Gernandus decanus, Anno Cellerarius, Rodolfus Scolasticus, fridericus de Meyendorp, Tidericus de Scherembecke, wernerus Prepositus, ludolfus de Swanebeke, Syfridus, lodewicus, Kraphto, willebrandus prepositus, Albertus Themo, ludolfus de Indagine, Burchardus Prepositus, ecclesie nostre canonici. Layci vero Burchardus, Burcrauius Magdeburgensis, heinricus Comes de Swarzburg, Guntherus Comes de Keuerenberg, Albertus de Arneften vicedominus, ludolfus Comes de hedremunt (sic! statt halremunt), Gerardus dapifer noster, Johannes de Jericho, Burchardus de Briezne, Richardus de Plawe, Richardus de Tferewist, heinricus et fridericus, fratres eius, et alii quam plures. Acta sunt hec in Porticu superiori maioris ecclesie Anno incarnationis dominice Millefimo CCXXI. Datum Magdberg, XV Kl. Octobr., Pontificatus nostri anno Quinto decimo.

Aus dem Liber S. Mauritii im Herzogl. Landes-Archive zu Bernburg f. 40 (Cop. IVa. f. 17 im R. Provinzial-Archive zu Magdeburg). Die Abschrift dieser und der folgenden Urkunden des Magdeb. Prov.-Archives ist vom Herrn Archiv-Assistenten S. Wedding angefertigt.

II. Gernand, Bischof von Brandenburg, entscheidet, die Kirche zu Hohen-Havel sei nicht Filia der Kirche zu Jhleburg, sondern eine freie Pfarrkirche, am 7. October 1225.

Gernandus, dei gracia Brandeburgensis Ecclesie Episcopus, Cum inter ludolfum plebanum de Ilborch et wasmodum plebanum de Honhauete nostre Diocesis super statu Ecclesie de Honhauete questio uerteretur, proponente ipso ludolfo, Ecclesiam de Honhauete in parrochie sue terminis esse constructam et ob hoc filiam eius esse, nisi forsitan aut exemptio probaretur aut aliud aliquid iure cautum, quod traditam eidem Ecclesia ostenderet libertatem; questionem ipsam, que coram delegatis a Sede apostolica Judicibus agebatur, ad nos ipsi Iudices, simul quoque dicta testium sigillis suis inclusa, de consensu partium transmiserunt, eo quod ad nos ordinaria ipsius cause iurisdictio pertineret. Sane cum coram ipsis Judicibus productionibus testium a partibus renuntiatum esset hinc inde et usque ad publicationem dictorum omnia rite acta nos apertis dictis et diligenter examinatis hiis, que contineri uidimus in eisdem, inuenimus, Ecclesiam de Honhauete liberam esse certisque suis terminis parrochialibus contineri. Sententialiter igitur pro ipsius pronuntiauimus libertate ipsamque sue adiudicauimus et addiximus libertati. Et dicta quedam testium a partibus productorum sigillo nostro causa diligenter fecimus in posterum referuari, ut et maneret posteris declaratio iuris ecclesie memorate et si necesse foret, appareret euidentis iusticia facti nostri. In Monte autem beati Johannis Baptiste Magdeburgensis, ad cuius Monasterium per-

tinēt utriusque predictarum ecclesie patronatus, conferuari mandauimus dicta ipsa, quoniam ad ius ipsius Monasterii specialiter pertinuisse dinoscitur negotium cause huius. Datum Magdeburg, Non. Octobris, Anno ab Incarnatione domini Milleesimo Ducentesimo vicefimo Quinto, Pontificatus vero nostri anno Quarto.

Nach dem Original im K. Prov.-Archiv zu Magdeburg.

III. Derselbe und der Propst zu Mildensee benachrichtigen den Erzbischof Albrecht zu Magdeburg, in welcher Weise der Bischof von Meißen abgetreten und der Wahltag angefezt sei, am 31. October 1229?

Reuerendo domino suo A., Magdeburgensis ecclesie Archiepiscopo, legato et Comiti Rom. G., dei miseratione Brandenburgensis Episcopus, h. de Myldense prepositus debitum omnimode subuentionis et reuerentie famulatum. Cessionem domini Misnensis Episcopi recepimus in hunc modum. Dominus Episcopus inbecillitate corporis prepeditus et forsitan rerum gerendarum coram nobis aliquo rubore suffusus ad diem non uenit indictum. Misit autem ad nos prepositum, decanum et Capitulum nomine procuratorio cum litteris procurationis continentibus, habiturum se per omnia ratum et firmum, quidquid idem suum Capitulum ipsum super negotio nobis commissio decerneret esse facturum. Misit et litteras cessionis, cessionem suam satis legitime continentem. Sane visum nobis extitit, non esse recipiendam huiusmodi cessionem propter plures causas Juris et consuetudinis a nobis propositas diligenter. Quocirca instante Capitulo modis omnibus et petente, ut ad saluationem status ecclesie cessionem ipsam non recusaremus accipere, Allegante nichilominus causas quasdam probabiles sui metus circa mobilitatem et mutabilitatem domini Episcopi propter eius familiam querulantem et promittente nobis in hoc facto fidem suam puram et sinceram negotii gestionem; Nos tandem uidimus expedire recipi cessionem, de consilio domini Magdeburgensis, qui presens nobis asedit. Verum ut cessio ipsa fortius firmaretur, Nos a Capitulo et Ministerialibus eiusdem Misnensis ecclesie tunc presentibus duo recepimus sacramenta, vnum de plene uoluntaria cessione, de qua suam expresse dominus Episcopus uoluntatem, quam se audisse ipso sacramento firmarunt, Altarum uero de manutenenda cessione huiusmodi et modis omnimodis defendenda, si forsitan tenera mobilitas et uaga mutabilitas domini Episcopi contrarium resonaret. Receptis itaque sacramentis recepimus cessionem per patentes litteras continentem eam expresse, litteras quoque procurationis recepimus in adminiculum euidentie huius facti. Sed et episcopale sigillum nobis facimus exhiberi, quod securi rumpi iussimus coram nobis, cuius unam partem Capitulo reliquimus et uobis alteram presentamus. His gestis Capitulo assignauimus terminum eligendi, diem uidelicet beati Andree Apostoli, infra quem uel etiam in quo ydoneam sibi pastorem eligerent gracia sancti spiritus inuocata, Et ipsi quidem hoc termino cum gratiarum actione recepto ad propria sunt reuersi. Actum halle, pridie Kal. Nouembris, in domo hospitum sancte marie Noui operis.

Aus dem Liber S. Mauritii im Herzogl. Landes-Archiv zu Bernburg f. 72 (Cop. IVa. f. 56 im K. Provinzial-Archiv zu Magdeburg).